1322. Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S. Morbio 19 (85)

In nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo secundo indictione quinta die mar vigesimo
quinto mensis octubris. Cum presbiter Michael de besozo beneficialis ecclesie sancti raffaelis mediolan occaxione citationis facte de dicto de eo
ex parte reuerendi in Christo patris et domini domini fratris ay. dei et apostolice sedis gratia sancte mediolan ecclesie archiepiscopi et religiosorum viro
rum dominorum fratrum barnabe potestatis prouincialis in prouincia superioris lombardie jordani de montecucho pagani de laddano
et honesti de papia ordinis predicatorum inquisitorum heretice prauitatis in predicta prouincia lombardie superioris quod coram
eis dominis archiepiscopo potestate et inquisitoribus personaliter compareat in terra de valentia ut in loco de bregollio prope alexan
driam et ipse presbiter Michael volendo parere mandatis ipsorum dominorum et receperit iter ad eundum et pro eundo personaliter
ad dicta loca ut alterum eorum ad presentiam et coram presentia ipsorum dominorum archiepiscopi potestatis et inquisitorum et cuilibet eorum pro stando
et parendo mandatis ipsorum dominorum et cuilibet eorum et pro ipsum iter arripuisset ad pontem de cassolo super ticinum qui est in ipso itinere
et per quem oportebat eum transire ad eundum ad dicta loca et quelibet eorum et vellet ipsum pontem seu per ipsum transire
ad dicta loca ut alterum eorum ad dictam personalem comparitionem faciendam coram prefatis dominis ecce bregada coram armata
mann una cum multis aliis hominibus armatis et cum balestris ad ipsum pontem existentibus se opposuerunt quod ipsum presbiterum Micha
elem et ei dixerunt quod nolebant quod transiret ipsum pontem minantes ei si ipsum pontem transibat et ipsum presbiterum Mich
ipsum pontem transire non permittentes. Cum presbiter Michael dixit eidem bregade et sociis et eos instanter rogauit
quatenus permitteret eum transire quia oportebat eum personaliter accedere ad presentiam et coram presentia predictorum dominorum archiepiscopi potestatis
et inquisitorum in predictis locis ut aliquo eorum occaxione citationis facte de eo ex parte ipsorum dominorum. Cum idem bregada et socii nullo
modo voluerunt permittere ipsum presbiterum Michaelem transire ipsum pontem. Et ideo dominus presbiter Michael videns quod predictus brega
da et socii non permittebant eum transire in presentia mei notarii et testium infrascriptorum dixit et protestatus fuit quod ipse ipsum
iter receperat pro eundo et comparendo personaliter coram dictis dominis et quod per eum non remanebat nec remansit nec remanet
nec coram dictis dominis archiepiscopo potestate et inquisitoribus personaliter compareat cum ire ad eos hire potuisset quod hire non
potuit nec potest. Et inde de predictis dominus presbiter Michael rogauit me notarium publicum tradere instrumentum. Actum ad dictum
pontem. Interfuerunt ibi testes Lafranchinus de castiliono filius quondam bertolini et petrobellus filius quondam Ambrosii pacheli
de caponago et petrinus filius quondam bonomini de mani et beltraminus de cambiate filius quondam ambrosii et Raymondus
de ... bayrano filius quondam alberti omnes habitantes in ciuitate mediolani vocati et rogati.

Ego Johannes filius quondam conradi cumali ciuitatis mediolani porte hoe publicus imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus
tradidi et scripsi

Mcccxxii die xxvi mensis madii fra Aur prestact

1322 15/X

Morbio 19 (85)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1818279231-16